Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

aptam habuissent / nec ad huiusmodi tincturam abstergendam
similia sufficerent purgamina voluptas scilicet omni talestro — Voluptas
calceque potencior illud operari aut tristicia timor appetitus — Tristicia / Timor et Appetitus
ue cetero omni purgamine prestancior. Hanc igitur potenciam
conseruacionemque continuo recte opinionis et legalis de mali
aut non malis / fortitudinem ego puto nominandam / nisi for-
tasse aliter existimes. Gla. Nichil aliud profecto inquit / videris
enim michi rectam de hiis opinionem / sine erudicione pro
deuntem bestialem magis ac seruilem quam legalem estim
are et quid uis pocius quam fortitudinem appellare. So. Veri
ssime inquit dicis. Gla. Hanc igitur inquit fortitudinem esse — Hec est vera fortitudo
confiteor. So. Et ad hunc inquit confiteare politicam esse illa
et recte confiteberis / deinceps autem si voles ad hunc plenius
de ea disseremus quamquam non ipsam in presenti querimus sed iusticiam
de huius vero inquisicione vt puto habunde actum est a nobis
Gla. Optime inquit dicis;

Capitulum sextum quid proprie dicitur fortitudo per excellenciam elegantissime describitur // Socrates Glauco — Capitulum septimum de natura temperancie et comparacione humani corporis ad vrbem. So. Gla.

Duo igitur inquam reliqua in ciuitate inspicere oportet
est temperanciam scilicet et ob quam cuncta querimus
iusticiam. Gla. Omnino inquit. So. An ergo iusticiam
reperire poterimus nisi prius temperancie ortum inquiramus
Gla. Ego profecto inquit dubius sum an eam prius velim
apparere quam temperancia ipsa sit inventa quam ob rem si quid michi
cupis obsequi de hac primum vt queras postulo. So. Atqui
inquit valde cupio nisi ad modum vobis molestum sit. Gl. Con
sidera inquit. So. Considerandum inquit certe rerum et vt hic
animaduertere primum licet consonancia quedam et armo
nia videtur ipsa magis esse quam que prius diximus. Gl. Quo
nam inquit modo. So. Ornatus quidam temperancia est omnino
Cum voluptatum et appetitus vt ferunt continencia / forciores — Temperati sui met forciores
nempe sui met quodammodo videntur temperati / et alia quedam